

1096,mayo,23. Fernando Vermudez y Alfonso, Rodrigo y Jimena Romaniz donan al monasterio de Sahagun y a su abad Diego el monasterio de Santa Engracia, cerca del rio Bieron; dan, ademas, su parte en Camaleño, en Soto, en Resaco y en los pastos situados entre Amieva y Soto.

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN DOC. 980
MARTA HERRERO

TESTAMENTUM DE SANTUS ENGRATIE, DE CAMALENNO, DE SAUTO, DE ILLOS BUSTOS, DE RESACCO, QUE FECIT FERNANDO UERMUIZ.

In Dei nomine et eius imperio. Nos Fernando Uermuiz et Adefonso Romaniz et Rodrico Romaniz et Xemenia Romaniz facimus cartulam donacionis patronis nostris Sanctorum Facundi et Primitiui et uobis Diaco abbati, pro remedio animarum nostrorum, sicuti et facimus, de uno monasterio quod uocatur Sanctus Engracia, iuxta flumen uocitatum Bieron. Damus uobis ipsum monasterium superius nominatum cum omni sua hereditate que ad eum pertinet. Et habuimus ipsum monasterium de auio nostro Adefonso Gonsaluiz. Quantum ad nos in eodem monasterio pertinet, ab omni integritate. Damus uobis nostram porcionem in uilla quam dicunt Camalenno, ab integro; in Soto, nostram porcionem; in illos bustos, nostram porcionem. Illos autem bustos per suos terminos antiquos de Ameua usque in Soto. Hec omnia superius nominata offerimus sacrosanto altario uestro, cum omnibus que ad eum pertinent: cum terris, uineis, pascuis, pratis, paludibus, montes, fontes, exitus, cessum uel regressum, aquis aquarum cum aqueductilibus earum.

Si quis uero hoc disturbare uoluerit uel inquietare temptauerit quomodo pariat aliud tale in duplo uel triplo et mille solidos de argento. Et si aliquis nostrum se infratrare uoluerit, faciat; et semper seruiat abbati Sancti Facundi.

Facta Cartula testamenti X Kalendas iunii, era I CXXXIII. Regnante rege Adefonso in Toledo. Nos superius nominati Fernando Uermuiz et Afonso Romaniz et Rodrico Romaniz et Xemenia Romaniz, hanc cartam quam fieri uoluimus manibus nostris roboramus (signa). Petrus episcopus Legionensis conf. Raimundus episcopus Palentinus conf. Osmundus episcopus Astoricensis conf. Petrus Ansuriz comes conf. Martinus Flainz comes conf. Pelagio Monniz conf. Ordon Flainz conf. Citi testis. Belliti testis. Dominico testis. Iohannes scripsit.

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN TOMO III
DOC. 980 PAG. 311 MARTA HERRERO